



Theophili Raynavdi Societatis Iesv Theologi, Opera Omnia

Tam hactenus inedita, quàm alias excusa, longo Authoris labore aucta & emendata : Accessit Tomvs Integer Complectens Indices Septemdecim in vniversum Opus, omnium quotquot prodierunt locupletissimos, Qvibus Absolvts Divinae Av Humanae Eruditionis Thesaurus Orbi literato aperitur ; Adiectus est ...

Raynaud, Théophile

Lugduni, 1665

Capvt II. Qui defectus è Christi viatoris corpore ablegandi, qui admittendi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79561)

porcedoribus, quas in Christo effloruisse monstrauimus. Pulchram sane faciem, esse mutam commendationem dixit Publius Mimus. Nec aliter de ceteris corporis perfectionibus statuendum. Quam ergo commendatus censeri debet Christus Dominus, in quo decora illa tantopere effluerunt?

CAPVT II.

Qui defectum à Christi viatoris corpore ablegandi, qui admittendi.

1. Via contrariorum eadem est scientia, expositis perfectionibus, expendendi sunt defectus oppositi, si qui interueniunt. De defectibus ergo corporis Christi, statuenda est generalis regula posita à Sophronio in epistola Synodica quæ habetur in 6. Synodo actio. 11. & à Damasceno l. 3. fidei cap. 20. cum dicunt, [Christi corpus caruisse imperfectionibus & passionibus detestabilibus, & reprehensibilibus, abestit: Eos autem defectus, & eas passiones subijce, quæ sunt naturales & irreprehensibiles, & quæ procul à macula & pollutione sunt, & in quibus cuiusquam peccati velligum non reperitur. Irreprehensibilis defectus ac passio, apud hos Patres, idem est quod defectus aut passio minimè dedecens. Sicut è contrario, passio aut defectus dedecens, cui Christus corpus suum subiacere noluit, dicitur reprehensibilis, & detestabilis. Signemus defectus qui in veraque esse occurrunt.

Nihil defectus in Christi corpore, quoad membrum integritatem, vel sedam conformationem.

Detestabiles corporis defectus quos Christus tenuit suscipere, occurrunt duo, deformitas corporea, & morbos. Nam truncatio non pertinet ad hoc genus defectuum, càmque superius, agentes de humanitate assumpta, remouimus sufficienter à Christi Corpore, quod integrum & nulla parte mutilum fuisse; (non ergo de præputio) certum ex fide videtur. Nihil enim inopertens in Conciliis & Patribus, quàm Christum ut vniuersum hominem & omnia nobis naturalia cuncta sibi coniunxisse. Quæ ratio perspicuè suppeditat, Christi corpus & partibus ac membris omnibus, & quibuslibet eorum naturalibus facultatibus, visu, auditu, ac ceteris instructum fuisse. Nec legete meminit tum multis quot in Ecclesia per tot sæcula ebullierunt erroribus, quenquam id de Christo effusiuisse, puto cum aliqua fuisse imminutum: quamuis multo citius eum, tam variè, tamque præposterè impegnerint. Itaque ratum id esto, hæc amissumque in duobus illis quos prout defectibus; deformitate inquit, & morbo.

2. Nominè deformitatis, intelligo sedam corporis conformationem, & quidem ex parte, vt sic dicam, non autem plenam & generalem: qualem Sydonius l. 3. epist. 1. exercendo stylo, & ad ingenij specimen exhibuit, expresse hominem vniuersi corporis membris alio monstro, vt nihil possit fingi, aut mente concipi, necum existere magis distortum. Nec dissimiliter præfatus Poeta anonymus, fedissimum omnibus corporis partibus aduersarium ita describit, vt decoris membris omnibus, cum nihil in illis occurreret commendatione dignum, solam cæsariem & capillamentum laude dignam reperisse se diceret, quod ab adeo summatè, non est hic fatigandum: sed de ea quæ vnam dantat aut alteram corporis partem spectet, cuiusmodi est gibberum, claudicatio, Simitas; præsertim portabilis, quæ quamuis apud Aethiops probro non ducatur, imò ad venustatem & elegantiam pertinet.

Theoph. Raynaldi Christum.

nere existimetur; tamen ex communi sensu, nec vano, corpus deformat. Eiusdem generis est nimia obesitas, & ventricositas, seu pinguis aqualiculi, protenso lumbis quiped extant, moles indecora. Item faciei vel nimia rubedo, nãvis præsertim ac tuberculis interstita, vel flauedo, aut palliditas natia, qualis propè cadauerum.

Huiusmodi defectus, à Christi corpore abfuisse dico, quia verè sunt detestabiles ac reprehensibiles; nec ad nostrum commodum conferre quicquam poterant: quin potius poterant obesse. Quia sicut pulchra facies muta est commendatio, & ab homine egregia specie, orisq; & totius corporis habitu eximio, suggestum consilium aut monitum, gratus excipitur: ita vicissim fœdi & malè conformati hominis, vel ipse occursum plerumque ominosus & inauspicatus videtur. Itaque Christum Dominum, quem conuersari cum hominibus, & verbum Dei publicè apud omnes ordines ferere necesse erat, eo dignitatis diuini verbi obstaculo carere par fuit, & caruisse re ipsa monstrare quæ protulimus de Christi corporis pulchritudine.

Patres visi diffidere.

25. Nec refragantur Patres, qui Christi speciem abiectum & contemptibilem fuisse tradunt. Signo nonnullos. Tertullianus l. de carne Christi cap. 9. præfatus nihil in Christi corpore effloruisse nouum aut peregrinum, id est mirabile & insolitum, subdit. [Denique verbis tantummodò & factis, doctrina & virtute sola Christi, homines obstupescabant. Notaretur etiam carnis in illo nouitas miraculo habita. Sed carnis terrenæ non mira conditio. Ipsa erat, quæ ceteras eius miranda faciebat, cum dicerent: unde huic doctrina, & signa ista? Etiam despicientium formam eius, hæc erat vox: adeo nec humana honestatis corpus fuit, nedum celestis claritatis. JS. Cyrillus in Glaphyris Exodi lib. 2. versans locum Psalmi 44. specie tua & pulchritudine referens eum locum ad Christi speciem diuinam, subdit: [carnis glorificationem, nemo adscripserit Christo, nec in gloriam ipsius cõfuerit. Absit hoc. Totum enim mysterium incarnationis, est exinanitio; sicut scriptum est ab Isaia, vidimus eum & non habebat speciem, neque pulchritudinem. S. Athanasius orat. de humanitate suscepta contra Apollinarium, dictum Isaia, non habebat speciem, ait pertinere ad Verbum carne amictum, quippe cuius species contemptibilis esset. Cassiodorus in Psal. 44. negat, Christum dictum esse speciosum, quia forma eius decore lactei coloris eluxit, aut flauo crine lampanit, aut insigni statuta præminuit: quod est dicere, Christum pulchritudine corporea fuisse destitutum, quandoquidem corporea pulchritudo, ex colore, & statuta, ac proportionem membrorum existit. S. Bernardus serm. 45. in Cant. librans illud sponæ ecce in pulcher, Christo abrogat carnis pulchritudinem, his verbis. [Existimo nequaquam hac vice eius sensibus importatas imagines carnis, aut crucis, aut alias qualescunque. Corporearum similitudines infirmitatem. In his namque iuxta Prophetam, non erat ei species, neque decor. Hæc autem eum intuita, nunc pulchrum decorumque prænunciat, in visione meliori, illum sibi apparuisse significans.] Alia Patrum loca pro abroganda Christo corporea venustate, iam tacta sunt aptando ad Christum Iosedeci vestes sordidas, quas de carne à Verbo suscepta interpretatos grauissimos Patres, retulimus proponentes huius mysterij Emblemata.

Variè exponuntur.

26. Hos Patres nego repugnare iis quæ diximus, posuntque multipliciter exponi. Ac primum aliqui non sumunt speciem pro conformatione oris ac vultus, & pro vniuersi corporis habitu debito, & consentanea proportionem, vt nos hæcenus speciem ac pulchritudinem

M m 3 nem

nem usurpamus: sed speciem sumunt pro externo apparatu vestrum, & satellitij, qui certè in Christo nullus fuit. Disputat multis in hanc rem Orig. l. 6. contra Celsum, & refertur in Philocalia cap. 15. Sed audi in hanc rem luculenter agentem Chrysostomum in Plal. 41. ad illud *diffusa est gratia*. Cum enim dixisset, agi eo loco de gratia creata, & gratiam quæ intus erat scaturijse, subdit. [Quomodo ergo dicit alius Propheta, *vidimus ipsum & non habuit speciem, nec pulchritudinem, sed speciem eius indecora, diminutam præter filios hominum*. Nō dicit de deformitate, absit, sed de eius contemptione. Cum enim semel humanitatis personam suscepisset, quæcumque erant vilia, & contemnenda perualit, ut qui nec sibi matrem reginam adsciverit, nec tempore incunabulorum ac fasciarum in lecto aureo positus sit, sed in præsepi: nec in magnifica domo educatus fuerit, sed in fabri lignarij humili domuncula. Et rursus cum discipulos assumeret, non oratores, & philosophos accepit, & reges, sed piscatores, & publicanos: & tennem hanc vitam persequatur, nec domum habens, nec vestibus pretiosis indutus, nec delicata, & tanta mensa fruens, sed ab alijs nutritus, probis affectus, contemptus, electus & fugatus. Hæc autem faciebat, ex superabundanti quadam copia humanum factum concilians. Quoniam ergo nil magnificum nec gloriosum præ se ferebat, & nec vlllos comites habebat, nec satellites; imò verò nonnumquam solus etiam obibat, sicut quilibet è populo, propterea ille quidem dicit, *vidimus ipsum, & non habuit speciem nec pulchritudinem*.

Alij verò Patres, cum Christum specie destitutum affirmant, speciem quidem sumunt pro corporis habitu & pulchritudine; sed Christum spectant tempore passionis, in qua manifestè deturpatus est, & flore illo renidētis venustatis spoliatus. Ita latè Bernardus serm. 28. in Cant. Benè quoque S. Hieron. epistola ad Principiam in Plalm. 44. his verbis. [Quæritur quomodo pulchrior, sit cunctis filiis hominum, de quo legimus in Elia; *vidimus eum, & non habebat speciem, neque decorem*; sed erat species eius inhonorata, & deficiens à filiis hominum: homo in plaga positus, & sciens ferre infirmitatem quia auertit faciem suā. Nec statim Scriptura dissimulare videtur: quia ignobilitas corporis propter flagella, & spura, & alapas, & clauos, & iniurias patibuli commemoratur, hic pulchritudo virtutum in sacro & venerando corpore: Nam quo diuinitas Christi, hominibus comparata, non formosior sit: hæc enim non habet comparationem: sed absque passionibus Crucis. Vniuersis pulchrior est Virgo de Virgine: qui non ex voluntate viri, sed ex Deo natus est. Nisi enim habuisset & in vuln quiddam oculisque sydereum; numquam eum statim secuti fuissent Apostoli: nec, qui ad comprehendendum eum venerant, contuissent. Denique & in præsentis testimonio, in quo ait, *homo in plaga positus, & sciens ferre infirmitatem*: reddit causas, quare ista perpeffus sit; quia auertit faciem suam; id est, paululum diuinitate subtrahit, corpus iniuriæ dereliquit.]

Optimè Isidorus Pelus. lib. 3. epist. 130. iuxta quem Scriptura Christum vocat. [Non habentem speciem neque decorem, duplici de causa: altera quoniam herili forma occultata, sermalem ostendit: altera quia in eo supplicio, quod voluntariè ac sponte subiit nullum non cōumeliæ genus exercitatum est. Pendebat quippe in patibulo, meridiano tempore, atque in Metropolitana Urbe, ac maximo festo, in quo neminem fuisse verissimile est, qui non interesset. Quin etiam alij canillis in eum ludebant, alij sanis eum impetebant, alij probis lacerabant, alij acetum offerebant, alij contumelijs eum afficiebant, alij lancea ipsius latus fodiebāt. Atque in eos quidē latrones, qui vnā cum ipso in crucem acti fuerant, nihil tale perpetrabant: in ipsum autem eiusmodi contumelijs, quibus ne innocentes qui-

dem & facinorosos uti fas est, bacchabantur.] Hæc censet Isidorus fuisse, Christum non habere speciem.

27. Alij etiam Patres, similia affirmando rationem habuerunt laborum, vigiliarum, inedia, aliarumque passionum quibus Christus carnis suæ elegantiam naturam iugiter offerebat. Multò quippè magis in Christum cadit, quod de se prodit Apuleius in Apologia. [Mhi continuatio literati laboris, omnem gratiam corpore detergit, habitudinem renuat, succum exorbet, calorem obliterat, vigorem debilitat.] Quo sensu plenissimè contra Christi pulchritudinem disputat autor tractatus de vite vera apud Bernardum c. 5. ut patet in fine capituli. Aut certè tantum contendunt, corporis Christi pulchritudinem absolutè sumptam, & sine relatione ad ætatem, munera, & finem Christo propositum, non fuisse summam quod vltro dedimus superius. Id tamen non est esse deformem corpore, quod vnum nunc à Christo amolitur.

Tandem nonnulli Patrum in solam internam Christi pulchritudinem intenti, aiunt Christum fuisse deformem externa specie, quod oculos incredulorum: quamvis esset in se pulcherrimus, vtique animo, de qua pulchritudine agunt, silentes de corporis pulchritudine, nec tamen eam negantes. Testem in eam rem piofero Augustinū in proœmio Plal. 44. [Si aliquid feci inuenierimus in eo, non amamus: quia & hoc ipsum, quod carnem indutus est, ut de illo etiam diceretur, *vidimus eum, & non habebat speciem neque decorem*, si consideres misericordiam quæ factum est, & ibi pulcher est. Sed Iudæorum personam gerebat Propheta cum diceret, *vidimus eum, & non habebat speciem neque decorem*. Quare? quia non in intellectu. Intelligentibus autem, & verbum caro factum est, magna pulchritudo est. Mhi autem absit gloriari, dixit vnus amicorum sponsi, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Patrum est ut nō inde embeccas, nisi etiam & gloriaris. Quare ergo non habuit speciem neque decorem? quia Christus Crucifixus, Iudæis quidem scandalum, gentibus stulticia. Quare autem & in cruce habuit decorem? quia quid stultum est Dei, sapientius est quàm homines; quod infirmum est Dei, fortius est quàm homines. Nobis ergo iam credentibus, vbi que sponsus pulcher occurrat. Pulcher Deus Verbum apud Deum: pulcher in vtero Virginis, vbi non amisit diuinitatem, & sumpsit humanitatem. Pulcher natus infans Verbum, quia & cum esset infans, cum surgeret, cum manibus portaretur, celi locuti sunt, Angeli laudes dixerunt, Magos stella direxit, adoratus est in præsepi, cibaria animalium maniferorum. Pulcher ergo in cælo, pulcher in terra, pulcher in vtero, pulcher in manibus parentum, pulcher in matris, pulcher in flagellis pulcher inuitans ad vitam, pulcher nō curans mortem, pulcher deponens animā, pulcher recipiens, pulcher in ligno, pulcher in sepulchro, pulcher in cælo, pulcher in intellectu. Audire Cant. cū, neque oculos vestros à splendore pulchritudinis illius auertat carnis infirmitas. Summa & vera pulchritudo, Iustitia est. Ibi illum non videbis pulchrum, vbi deprehendes iniustum. Si vbi que iustus, vbi que decorus.]

S. item Gregorius l. 6. in 1. Reg. sub finem tractatus illud *rufus & pulcher aspectu*, ostendit id in Christo adhuc mortali, de interna pulchritudine valuisse. Eoque apert locum ex Plal. 44. quo Christus speciosus forma dicitur, aliæque nonnulla, de Christi decore dicta.

Christi corpus, nequaquam morbosum.

28. Alter defectus detrectabilis, à Christi corpore remouendus, est morbus corporalis. Quæ est communis Theologorum sententia, cum S. Thoma 3. p. q. 14. art. 4. firmata fusiùs ab Abulensi in cap. 3. Math. q. 5. estque tam certa, ut dubitare de ea non liceat, dicat Ribera Hebr. 4. n. 28. ad illud, *tentatum per omnia*. Sanè quemdam in Hispania, autem effutire contrarium de superiore

superiore loco, adactum fuisse ab Inquisitoribus ad palatium, testatur Aquarius in 3. d. 17. concl. 3. Synodus item Francoford, in epistola ad Episcopos Hispanie, referens quo ab eis scriptum erat ex Isaie 53. de Christo leproso, id accurate refellit, & Esaie nunquam in mentem venisse demonstrat. Nec repugnat Guericus serm. 2. de Assumpt. ubi inducens Angelos sciscitantes de Deipara quomodo incidisset in agnitionem, & quomodo corpus de quo prodijt Christi corpus, potuisset esse infirmitati vili accessibile; subdit inducens Deiparam respondentem illud ipsum corpus filij mei quale aliquando fuerit recordemini. Et ipsum enim quam infirmum quantis defectibus subditum fuerit voluntate; Ego novi, &c. Cur ergo dolorem non eum meo dedidit corpori, quod suo non dedit? &c. Sanè aliud est sanitas, aliud sanitas. Sancti tamen dedit corpori meo concepti sui corporis Sacramentum. Sanitatem se datorem promisit fuisse corporis exemplum. Hæc & alia ibi tradens Guericus, non repugnat perfectæ sanitati corporis Christi pro qua propinquamus, sed eas dumtaxat infirmitates in eo Raruit, quæ aliæ sunt à vera agnitione & morbo, quales etiam dumtaxat fuerunt in Deipara.

Ratio excludendorum à Christo morborum, petenda est, ex eo quod morbi, ortum habent vel ex imperfecta temperie & vicio seminis, vel ex ingluvie aliisque aduersus temperantiam defectibus, vel ex agnitione, aut non satis oculata attentione ad noxas, quæ omnia à Christo absuerunt. Accedit fundamentum quod iecimus post Sophronium in Sennodica, & Damascenum 3. fid. c. 20. nempe quod Christus caruerit pullionibus & defectibus reprehensionis iure parentibus, id est defectibus personam eius decentibus. At morbo non potuisse à Christo decenter admitti, affirmat S. Athanasius l. de Incarnatione Verbi, ubi exponens cur Christus eo mortis genere è vita abierit, quod crux intulit, non autem per morbum, ita disputat. [Ceterum illic aliquis obicerit, si necessarium erat eius corpus pro omnibus in mortem dedi, cur non ut homo communi lege naturæ mortem oppeteret, sed et vique deuenit, ut crucifigeretur? Non ostendit quippe magis conueniebat illud ab illo deponi, quam per contumeliam istiusmodi mortem sustinere. Vix hic (quæso), Jan huiusmodi obiectio non planè sit hominum, ac talis quæ diuinam dispensationem non sapiat. Nam quod à Salvatore. Certum est, diuinitatem sanctæ & dignum ipsius diuinitate est, idque malis de causis. Primum enim, mortem hominibus per imbecillitatem naturæ ingruere, certum est, qui quum diu perdurare nequeant, progressu temporis dissoluantur. Ex ista imbecillitate, morbi oboriuntur; quibus ubi vires exhaustæ fuerint, in mortem cadunt. Contra in Domino nihil imbecillitatis, quippe qui sit Dei virtus. Dei ratio ipsiusmodi vita. Si igitur solito more, secundum consuetudinem hominum, corpus in lecto deponisset, creditum fuisset, per infirmitatem hoc ei accidisse, eumque nihilo plus quam ceteros homines posuisse. Ille autem quoniam & vita erat, & Dei Verbum, & mors pro omnibus necessariò requirebatur, ideo corpus suum & vita & potentia corroborebatur: Quatenus autem mors debebatur, eareus ex se, sed aliunde rationem immolandi mutuatus est. Quamquam neque morbo laborare Dominum decebat, ut qui aliorum morbos sanabat: neque etiam infirmitates aliquas corporis pari eum oportebat, in quo & aliorum infirmitates consistebat. Quare igitur non etiam mortem, quemadmodum & morbos sustulit? Idèd mirum, quia moriendi causa corpus assumpserat, nec fas erat mortem arceri & excludi, ne simul resurrectionem impediretur. De morbo alia ratio fuit, qui si mortem antecessisset, creditum fuisset, eum ex imbecillitate Domini corporis ortum fuisse.] Et mox. [Iam si

eius corpus agnitione laborasset, & sub omnium oculis, Verbum Dei ab eo dissoluto recessisset, non sine dedecore habitum fuisset, medicum alienorum morborum, suum, quo vltus erat in curandis agnitionibus, instrumentum, corruptum à morbis neglectum habuisset. Qui enim creditum fuisset, eum, si ipsius elanguisset templum, aliorum languores depulisse; aut enim impotens depellendi morbi irrisus fuisset; aut potens quidem, sed tamen non faciens, inhumanitatis infamiam reportasset.]

29. Dedecuerunt ergo Christum morbi: & idcirco, ut vides affirmare S. Athanasium, finit Deus Christum violenta morte necari; indicans id convenientius, quam Christum morbo corruptum emori. Neque enim dubium videtur, quin Christus nisi mors violenta interuenisset, præ senio occubitus esset, iuxta illud S. Augustini lib. 2. de peccat. Mer. c. 29. [Quia in Christo erat similitudo carnis peccati, mutationes ætatum perpeti voluit ab ipsa exorsus infantia, ut ad mortem videatur etiam senescendo illa caro peruenire potuisse, nisi iuuenis fuisset occisus.] Nimirum resolutio caloris naturalis & humidi, eo tandem deduxisset Christi corpus, ut non esset idoneum animæ receptaculum. Quia ergo naturaliter non deuenit ad mortem sine aliqua temperamenti indispositione quæ rationem morbi habeat; propterea aiebat S. Athanasius, præstitisse permitti violentam mortem & præproperam, ut arceretur morbus.

Nec est necesse tricare, supponendo quorundam Medicorum sententiam, quæ corpus bene temperatum & gubernatum, ex mera humidi resolutione exanimari posse dicitur, citra omnem morbum. Ex quo sequitur, Christum cuius corpus optimè temperatum erat, & sapientissimè regebatur, potuisse absque morbo vita excedere, si non fuisset occisus. Hoc voco tricare, quia reuera quamvis morbi nomine non soleat venire leuis qualibet tentatio sanitatis, & indispositio qualiscunque, præsertim perbreuis; tamen in omni rigore morbus est. Ad illam autem deuentum esset, per eam resolutionem humidi naturalis quam consecutus esset interitus. Vnde easdem ob causas ob quas morbum simpliciter arceri à Christo deuit, (ut scilicet ab imbecillitatis suspitione elongaretur;) sanus visum est Deo, mortem præcocius permittere. Ab hac enim admittenda, non auocauit imbecillitatis apud homines suspicio, quia ad excipiendam ab extrinseco mortem, salutis nostræ ac vitæ causa, è cælo venerat. Ceterum quæ de morborum exclusionem à Christo constituimus, de morbis simpliciter dictis sint accipienda. Sunt enim qui non refugiant admittere, eum dolorem qui dentitionis tempore vexat minutam ætatem, cecidisse in Christum, ut refert Cornelius Isaie 7. v. 5. & quamvis Cornelius refragetur, nihil tamen occurrit quod proflus euincat id genus incommodi non potuisse in Christum cadere. Nec enim reuera est morbus simpliciter dictus.

Admittendi in Christi viatoris corpore, defectus irreprehensibiles, permanentes.

30. Progredior ad defectus irreprehensibiles, quos in Christo esse admitteudos, rectè statuebant Sophronius, & Damascenus. Neque enim Christi corpus per naturales perfectiones quibus illud exornatum & instructum vidimus, reddebatur impenetrabile quibusdam defectibus transeuntibus, nec quibusdam permanentibus. Transeuntis defectus voco, famem, sitim, & sudorem: permanentes verò, mucum, & huiusmodi alias excrementicias corporum egestionem. Quod Christo & mucum tribuo, & alia huiusmodi corporum naturalia excrementa, mirum videri non debet. Nam ex cibis & potibus corpori nostro consentaneis,

cum ex se defecati non sint, talia excernuntur, naturali vi expultrice & expurgatrice eos defacante. Nec pat-
no sunt subsidio ad naturales pleraque & animales
functiones, ut apud Medicos plenius traditur. Præter-
quàm quod si Christus his generalibus purgamentis
caruisset, non homo eiusdem nobiscum naturæ, sed al-
terius, aut certe imaginariæ habitus esset. Itaque insul-
sè nimis Armeni, (si vera de eis refert Guido tract. de
eorum erroribus cap. 30.) negarunt Christum emisisse
vlla excrementa. De ciborum reliquiis, idem ferunt
verba illa Valentini apud Clementem Alexandrinum
3. Strom. cap. 6. [Cum omnia sustinuisset, erat conti-
nens. Diuinitatem operabatur Iesus. Edebat & bibebat
proprie non reddens cibos. Tanta ei inerat vis conti-
nentiæ, ut etiam nutrimentum in eo non existeret,
quoniam ipse non habuit interitum.] Sic nugatos hos
hereticos, insolens nequaquam videri debet.

Rectè verò contrario Anastasius Synaita cap. 33.
387, ita de Christo statuit. [Si igitur Christus proba-
uit omnia, & tentatus est per omnia quæ nobis acci-
dunt, triginta illis annis; nouerint hæretici, cum ex
sanctissima Virgine, quasi Deum sponte sua natum, si-
mul tamen ut hominem, instat infantium, flebili voce
illachrimasse; neque hoc tantum tempore, sed toto
illo infantie anno, biennio & triennio, Iesum tenta-
tum per omnia ad similitudinem nostram, infinitis
fleuisse, naturalem & infantilem ploratum edidisse, in-
finitis esuriisse & sitiuisse; comedisse & bibisse, spon-
te sua more infantium esurentium, sitientium, man-
ducantium & bibentium: infinitis somnum natura-
lem, & ab omni alienum reprehensione cepisse; infi-
nitis expulisse, perque nares & os excreuisse, ut cor-
poris naturam fluxilem demonstraret.] Has cum Chry-
sostomo quem refert, ait esse naturales & indetrec-
tabiles naturæ nostræ indigentias, quas Christus non re-
pudiavit, naturam potius ipsam repudiaturus & num-
quam suscepurus, si eas à se alienas habuisset. Nec al-
ter argumentatus est Abulensis qui pro excrementis &
cibi ac potus reliquiis in Christo agnoscendis, fusè dis-
putat in cap. 12. Leuit. q. 15. 16. 17. & 18.

Et alij transcentes.

31. In eundem ordinem mox refert idè Anastasius,
quos vocabam naturales corporum defectus transcen-
tes; famem inquam, sitim, somnum, fatigationem, li-
uores, vulnera, lachrymas, & huiusmodi: Liuorem
quidem ex vulneribus, in Christo nondum rediituo
cum è cruce depositus est, nullum profus apparuisse,
quasi Christi corpus esset talis defectus incapax, affir-
mat Auror dialogi de passione Domini, apud Ansel-
mum. Nec improbare audeat Cartusianus tract. de pas-
sione Domini art. 14. Lenissimè autem id rejicit Mo-
lanus l. 4. de imag. cap. 12. aliens dumtaxat, hoc non
esse solidum. Mihj verò videtur erroneum, & pugnans
cum vera passibilitate corporis Christi, vsque ad pun-
ctum resurrectionis. Nec est quod autoritas S. Ansel-
mi, timorem cuiuspiam faciat. Libellus enim ille, scæter
fabulis & mendis crassissimis, ab Anselmi eruditione
& gravitate alienissimis, ut in Synaxi opusculorum
sancti illius Patris, monstrant. Itaque nos liuoribus
Christi sanati, agnoscimus fuisse in eius corpore hunc
defectum.

De lachrymis res est extra dubium, ex plerisque
Scripturis. Nam videns ciuitatem fleuit super illam; Et
in cruce preces ad Patrem obtulit cum clamore vali-
do, & lachrymis; Et ad Lazari tumulum, lachryma-
rans est, siue ex commiseratione sortis humanæ, siue ut
scitè philosophatur Isidorus Pelusi. l. 2. epist. 173. quia
dolebat quod ad gloriam suam prodendum, necesse
esset vicum iustum è portu quem iam subiucerat, in ma-
re huius vitæ reducere. Hæc & alia exempla in hanc
rem, videt S. Basiliius homil. de gratiarum actione; con-

cluditque. [Sanè quemadmodum in se Dominus suscepit
famem, ut primum digesta illi fuerat sumptæ ali-
monie soliditas: in se item recepit & sitim, mox ubi
in eius corpore quem sumplerat, consumptus liquor
est: delassatus item est, muscularis neruisque prolixitate
itineris se protendentibus; non quidem diuina in ipso
maiestate edomita, aut quicquam patiente, sed Cor-
pore symptomata naturæ consentanea; excipiente, ad
eundem modum sustinuit & lachrymas; nimirum
permittens accidere assumptæ carni, quod ei erat na-
turale. Lachrymari proinde contingit, cum particula
concaua cerebri enaporationibus ex tristitia collectis
differtæ, quasi per elices quosdam, canalesque, per me-
tus oculorum pondus eius collectiij humoris egerunt.]

Has ergo & alias huiusmodi naturales affectiones
nostras, non est designatus Christus Dominus; sed
admisit famem, sitim, fatigationem ex itinere, vulnera
liuores, & huiusmodi alia, quæ subiisse Christum pro-
dunt Euangelia, & Prophetæ iam olim pronuntiabant.
Ita porro subiit, ut per ea aletati ad mortem vsque &
corrupti potuisset, nisi prorsum fuisset. Sic fieri conue-
nientissimum fuit, nam ut Chrysologus scitè dixit; [Si
Christus non impleisset carnis ordinem, carnis in illo
esset otiosa susceptio.] Nimirum suscepit Christus
carnem, ut in ea, ac per eam salutem nostram opere-
retur in medio terræ, satisfaciendo pro nobis & omni
nos virtutum genere excitando ad sanctitatem; præ-
sertimque ad non faciendam carnis curam in deside-
riis. Hoc autem egregiè omnino præstitum est à Chri-
sto, per naturalium huiusmodi affectionum perpessio-
nem quâdiu in carne fuit, ut Apostolus loquitur, id est
interprete S. Chrysostomo hom. 11. in 2 ad Cor. quan-
diu fuit viator, & nos quâ satisfaciendo, quâ exempli
bonum præbendo, iuuare debuit. Nam inedia tole-
ratione, docuit nos abstinentiæ studium, vulneribus pa-
tientiam in doloribus &c. Cum autem hæc generatim
sufficere videantur, breuiter subiicienda sunt sigilla-
tim aliqua, de nonnullis corporeis defectibus de qui-
bus est specialis difficultas: hoc est de fame, & siti, ac
sudore, similibusque excrementis, sed præsertim de
corruptibilitate.

Sigillatim de fame & siti.

32. Et quoad famem quidem ac sitim, quas constat
frequenter in Christo fuisse, difficultas est, quomodo
Christus ex his defectibus naturaliter molestiam per-
ceperit, dolorèque hauserit, cum tamen per quadra-
genarij ieiunij dies, esuriam non senserit. Ita enim di-
serte habent Matth. c. 4. cum ieiunasset 40. diebus & 40.
noctibus, postea esuriit. Et Lucas item c. 4. cum dixit nihil
manducauit in illis diebus, & consummatus illis postea esu-
riit. Quæ verba manifestè ferunt, Christum per tempus
quadragenariæ inediæ, non esuriisse, sed postea. Qui
enim affirmat, aliquid post expletum tempus quod-
dam contigisse, eo ipso docet, antea non contigisse.
Et ita ea verba acceperunt, vnanimiter Patres ad præ-
dicta Matthæi & Lucæ capita, insuperque Nyssenus
orat. 4. de beat. qui ait Christum per quadraginta dies
ieiunum, postea esuriisse. [Dedit enim quando vole-
bat occasionem naturæ officio suo fungendi.] Simili-
tèrque Chrysologus serm. 11. [cum dicit, postea esuriit,
quadraginta diebus & quadraginta noctibus probat
esuriam in illo non fuisse. Denique Cyrillus l. de recta
fide ad Regin. [cum quantum sat erat iam ieiunasset,
diuinæque virtute absque cibo & potu incorruptam
carnem conseruasset, vix tandem quæ propria illius
sunt pati eam sinit; esuriisse enim dicitur.] Ex his ex-
ploratissimum habetur, Christum per tempus quadra-
genarij ieiunij, non esuriisse: id est, famem atque adeo
etiam sitim non sensisse, quod statuendum est contra
temeritatem Caietani Matth. 4. omnino affirmantis
Christum sensisse famem per illud tempus, quod fra-

Sigillatim quoque, de sudore.

ita & absque merito ieiunasse videretur, si nihil sensisset. Verum ut D. Augustini in simili voces usurpem, & quæst. 80. ex 83. (cum utrumque narrat Evangelista, quod scilicet ieiunauerit, & tantum postea esurierit Dominus,) utrumque credendum est quia utrumque licet rerum gestarum index, factum gestumque conscripserit. Itaque verè Christus, non nisi postea esurire, ac in ea esurienti præventionem, & non pœnalis inedie usurpationem; spectauit potius prodere se Deum, qui ita posset actiuitatem naturalis caloris suspendere, quam meriti laborioso ieiunio.

Itaque post inediam per quadraginta dies continuatam, præcui Christo se hominem prodere, & calorem naturæ propriæ actiuitati naturali permittere; unde licet fames & sitis, ex vellicatione ac morsu, defectum publici ac potus consequente, prout reliqua vitæ tempore Christus Dominus per famem ac sitim afflictebatur. Ita nodum propositum expediret perique Partem, præter superius adductos, vt Hilarus Can. 3. in Math. cum dixit. [Nam post quadraginta dies, non in quadraginta diebus esurijt, Moysè & Helia in eodem ieiunij tempore non esurientes. Igitur cum esurijt Dominus, non media subrepsit operatio; sed virtus illa quadraginta dierum non mora ieiunio, naturæ suæ hominem dereliquit. Non enim erat à Deo diabolus, sed à carne vincendus, quam utique tentare animus non fuisset, nisi in ea per esuritionis infirmitatem, quæ sunt homines, recognouisset.] Non aliud re ipsa intendit hæc altercationis Synagoga & Ecclesiæ cap. vltimo, quæquam subobscure aliquid admiscet, quod per se fudore lectum, videri posset repugnare.

Cum autem esuries sit diuinitus cohibita, ob reprobam per quadragenarium spatium caloris naturæ actiuitatem, perinde ac si tunc vis caloris distenta fuisset in cibi & potus ingestæ concoctione, dicendum videtur, non maiorem fuisse Christi esurientem confessionem post quadraginta dies, quàm esse deberet, cum vi inedia si quam fortè tolerauit à tempore sumpti cibi, usque ad tempus incipientis scissionis quadragenariæ; tum etiam vi inedia, tempore illo exacto consequens, usque ad cibi sumptionem: non plus ad hunc effectum spectato eo temporis quadragenarij spatio, quàm si non intercessisset. Quare non satis percipio, quid discriminis inter esurientem post quadragenarium ieiunium de Christo proditam, non item de Moysè qui eodem spatio ieiunium tulit, obseruari S. Max. hom. 3. de ieiunio quadrag. cum dixit. [Quid illud est autem, quod cum uterque quadragenos ieiunauerit dies, non uterque post ieiunium esurisse perhibetur? Moyses utique non esuriuit, vt in homine fragili operata diuinitas probaretur. Esuruiit Dei filius, vt assumptionem carnis nostræ, fragilem suscepisse hominem reuelaret. Quod non esurijt Moyses, celestis est possibilitatis exemplum quod esurijt Christus, nostræ redemptionis est Sacramentum. Huiusmodi Dominus perrexit in sua carne mysterium, vt sicut Deus esse diuinitis virtutibus creditur, ita & homo esse infirmitatibus dignoscatur humanis. Similia ex parte habentur apud Autorem libi tertij de mirab. sacræ Script. c. 6. qui Moysi Eliam quoque adiungit. Hoc inquam discrimen inter Moysen & Eliam ex vna parte, Christum verò ex altera, non deprehendo. Nam sicut Christus exacto quadragenario laxatis calori naturali habentis, cepit famere ac sitire, ac utique naturaliter est esurians ac sitis quoque appposito cibo ac potu sedaretur; ita idem Moysi & Eliæ contrigisse non dubito, quamuis de istis non sit proditum, quia nihil intererat; de Christo autem sit proditum, ob causam à S. Maximo rectè expressam: nempe vt qui per inediam tandiu toleratam Deus innoteret, per esurientem verus homo probaretur.

33. Iam sudor (de quo præterea aliquid notandum proposueram,) aut est ordinarius; per excretionem videlicet humoris aquei superflui; aut extraordinarius, qualem in extremo agone priusquam ad necem abiret, Christo contigisse narrat sacra Historia. Prior non dedecuit Christum, & ex fatigatione ac labore fuit in eo. Distinguit tamen Baconus in 3. d. 2. i. q. vnica art. 2. duplicem sudoris originem. Vnam ex superabundantia vel corruptione humorum, quo pacto negat Baconus fuisse in Christo sudorem, quia talis sudor contingit præter naturam. Aliam, qua sudor exoritur propter laborem aut passionem; & talem sudorem idem Autor ait posse exprimi à corpore optimè constituto, in quo nulla sit superfluitas præter naturam, talemque ait fuisse sudorem Christi.

Mihi hæc duplex sudoris origo, non videtur accommodata: Nam tamen sudor ille qui interdum ex nimia vbertate humoris superflui vel corrupti excrenitur, per naturæ quasi lucem in febribus, aut aliter, indicit corruptionem, aut deprauatam corporis unde excrenitur constitutionem; idèque huiusmodi sudor in Christum non eciçent: Tamen quilibet sudor, etiam ex simplici defatigatione procreatus, non aliam habet materiam quàm humorem superfluum & superabundantem; id est non absolute necessarium corpori, tamen possit etiam aliquem vsum habere, ad faciliorem sanguinis aliorumque humorum permeabilitatem, & ad corporis rigationem ne exarescat. Frustra igitur Baconus in distinctione proposita, secundum membrum fecerit à primo quoad causam sudoris materialem, quæ alia sine dubio nunquam est, quàm humor aliquatenus superabundans, qualem non veretur in Christo agnoscere: nisi si etiam lachrymas, salicem, mucum, & aquam pedum, à Christo amouere velimus. Et diserte quoad rem præsentem consentit Card. Vigorius tract. 4. de instrumentis Dominicæ passionis, idcirco concedens Christum interiore aliqua tunica vt solitum, quam ad munditiam & tetri odoris ex materia sudoris deuicationem, identidem mutaret. Annuit item Scachus in myrthecio sacro prophano cap. 33. affirmans Christum eadem ex causa frequentasse domestica balnea, quorum honestissimus vius erat, ad illuicem ex sudore collectæ absterfionem.

34. Circa sanguineum Christi sudorem, præmittenda obiter est certa veritas narrationis Evangelicæ de eo Christi sudore, quam perierit insicari sunt Armeni, & alij quidam, vetiti deuotionem Christi ex tanta infirmitate, quantam prodi admissa illius sudoris veritate arbitrabantur. Sed esse eam narrationem verè Scripturam Canonicam confirmant efficitur Bellaminius l. 1. de verbo Dei cap. 16. & Ludou. de Tena l. 3. Ilogoges in script. difficult. 7. sect. 4. ac Anton. Peres in athen. Euang. secundum Lucæ c. 2. Coccinus t. 1. l. 6. art. 20. nec non Collins l. 1. de sang. Christi disp. 3. cap. 1. 2. & 3. Ecclesiæ sanè iudicio & innumeratorum veterum Patrum suffragio id habetur ratum. Et quia proprietas Verborum in Scripturæ sententijs tenenda mordicus est cum nihil est quod obste, propterea, verum sanguinem à Christo per huiusmodi sudorem fuisse emissum, certò statuendum est: cum scriptura, liquorem ita fufum, vocet sanguinem, & Patres passim annuant, quos recentiores citati, proferunt magno numero. Nec quod Theophylactus & Euthymius senserant, arbitrandum est, cum sanguinem non nisi similitudinariam fuisse: sed fuit sanguis verus, tamen sudori aqueo permixtus, & in guttarum modum conformatus, vt expendit Franciscus Lucas ad caput Sancti Lucæ 22. vt præterea voces illæ Evangelicæ, factus est sudor eius, sicut gutta sanguinis decurrentis in terram, interpretum

terpunctione apposita post nomen *gutta*, debeant hunc sensum facere: *sudor sanguineus in terrâ decurrens, coalescit in grumos, quasi in guttas*. Qua ratione particula *sicut* non est nota similitudinarij sanguinis, sed guttarum similitudinariarum. Neque enim reuera guttae erant aquae, sed guttae aquae referebant. Constabant autem è plurimo sanguine, admixtis aliquot particulis aquosi humoris, qui communi sudore excrevit. Nec prius excerni sudorem nudum contigit, posteaque eo liquore deficiente, excerni sanguinem, ut exillimavit Caieranus Lucae 22, sed eodem veluti impetu, sanguis aqueo humori commixtus emerit, vi generosi affectus, quo Christus Dominus, post permissam tristitia mala impendenda refugientis, & voluntatis ea subeundis, constitutum aliquem, heroico nisu in divina voluntatis partes concedens, cum in se audacia motum excudit, & æstum concitant; ut sanguis prius ad cor angore auocatus, conceptoque calore rarefactus, expressus foras fuerit, per sanguineum sudorem corpore vniverso manantem. [Vbi non solis oculis (inquit S. Bernardus ferm. 3. in ramis palmae.) Sed quasi membris omnibus fleuisse videtur; ut totum corpus eius quod est Ecclesiae, totius lachrymis corporis purgaretur.] De hoc sudore, quia plene dictum est in morali dist. 3. à numer. 382. tractando commotionem corpoream consequentem affectiones & passiones, non est quod hic plura addam Officio Ecclesiastico (quod tamen non est approbatum,) & longa concione, sudorem hunc Christi Domini exornauit Ludou. Vives cum sudor Anglicanus perleuissimus, Belgium vbi Viues degebat, peruasisset anno 1529. Exiat ea lubricatio como 2. operum eius.

¶ In Christi corpus, ex necessitate, aut secus, praedictis defectibus subiucuerit.

35. Itaque istae sunt humanae corporum infirmitates, quas portaturum Christum Dominum, praedixit Iſaias: quomodo autem eas portauerit, hoc est liberet, ne an necessarium, dubitatio esse potest. Nam ex vna parte S. Damascenus l. de haeresibus, inter Aphartodocitarum haereses numerat, quod dicerent Christum voluntarie tolerasse imbecillitates naturae, [Ab ipsa (inquit) fabrica & concretionem, Christus corpus interioris expertus esse confirmant, & necessarias naturae imbecillitates; sitim dico, famem, & laborem Dominum tolerasse illi quidem concedunt, sed eodem modo quo nos, haec ipsum negant petulisse. In nobis enim haec necessitatis esse dicunt, in Christo autem voluntatis; quem etiam naturae legibus negant paruisse.] Et sunt sane in ea sententia, Patrum plerique apud Leonitium l. de sectis actione 10. initio, in refutatione Caianitarum. Imò disertè ipsemet Damascenus 3. fidei c. 20. & Sophronius in Synodica quae recitatur in 6. Synodo act. 11. vbi contrariam, vocat *abominabilem suspensionem*. Ex alia verò parte, numerantur inter haeticos nonnulli, *corrupticulae* dicti, quia aiebant Christum necessarium subiucisse imbecillitatibus praedictis. Agit de eis Baronius anno 519. ex Liberato in Breuiario, & ex Leontio actio. 5. & 10. libri de sectis.

Resolutio sub distinctione.

36. Distinctione adhibita, componi poterit haec rixa. Aio igitur, Christum quidem ex necessitate quadam naturae subiijſſe praedictos defectus corporum; quatenus naturaliter loquendo, & secluso vñ potentiae miraculorum qua pollebat, subiicere debebat praedictis incommodis admota eorum causa: ut calefactioni moleſta, posito igne vicino. Addo tamen, eateenus perpeſſionem horum defectuum potuisse dici Christo liberam, quatenus facile illi fuisset, per eam quam dixi supernaturalem potentiam, munire se ad-

uersus quoscumque impetus causarum noxiarum: vel eos praevinire, hebetando vim talium causarum, & impediendo ne agerent; sin minus subtractione concutius, qui à solo Deo confertur, nec à causa secunda, etiam eleuata potest subtrahi; ac appositione obicium quibus vis agendi retundatur, ut semper potest fieri.

Qui ergo dixerunt, defectus illos corporales fuisse Christo necessarios, non liberos; si non errabant, (ut sane errabant, qui idcirco dicti sunt corrupticulae;) agebant de perpeſſionibus defectuum praedictorum, prout aduenientibus ex necessitate naturae, & ex suppositione quod non impedirentur aut praevinirentur à Christo, per potentiam supernaturalem qua ad id poterant. Respexerunt verò ad eam potentiam, alij qui dixerunt, perpeſſiones illas fuisse Christo liberas nimirum quia erant impediabiles per vñm potentiae miraculorum, quos ad notum Christi exerebatur. Eo ipso igitur, quod Christus libere eligebat nō praecoccupare aut non impedire defectus illos corporales, eo ipso censei poterat admittere illos libere. Neque id est à Damasceno reprehensum in Aphartodocitis: sed cum eos componeret cum Severianis, dixit consentire per omnia Aphartodocitas cum Severianis, nisi in vno dantaxat puncto, nempe quod Severiani in vnione Christi videri aiebant interitum: hoc autem negabant Aphartodocitae, qui corpus Christi etiam cum nobilium degeret, volebant esse incorruptibile, & necessarias nobis passiones non excepiſſe necessarias, sed voluntarie contendebant. Hoc postremum, optime ab eis dicebatur in sensu praedicto, nec idcirco fuerant habiti haetici, etiam si id ab illis traditum referatur. Non enim quaecumque haetici de nostro proferunt, eo ipso inquinantur labe haetesis, ut Nouatianus de Trinitate, cap. 18. & Rusticus Diaconus dialog. contra Acephalos, rectè monuerunt. Haetici ergo dumtaxat fuerunt, ob dogmata in quibus Severianis consentirebant, & ob incorruptibilitatem quam corpori Christi viatoris, contra fidei scitia tribuebant, ut postea reseramus & resellam.

Patrum suffragium.

37. Approbant aperte distinctionem positam, Patres varij. Audi quos Leontius actione 10. libri de sectis addensauit, his verbis, post relatum Gacaniarum sententiam, quam ex Damasceno iam retulimus. [Nos ad ea respondemus, etiam nos fateri, passiones & affectiones illas, fuisse voluntarias: nec tamen idcirco dicere, Christum eas perpeſſum eodem modo, quo nos: nam sponte dicimus ipsum seruasse naturae legibus, volentemque concessisse corpori, ut sua perpeſſeretur, eodem modo quo & nos patimur. Atque haec testimonijs suis Patres ipsi comprobant, ut sanctus ille Gregorius, inquit: [Naturae permittebat, quum vellet, ut ageret sua.] Beatus autem Cyrillus dixit: [Per immisionem ciborum, & excretionem, conseruabat substantiam,] corporis scilicet. Rursus in dialogo, quo vñum esse Christum probat, [permisit ipsum carni suae (ait) ut naturae suae legibus obsequeretur.] Et rursus: [Sic permittit id quod corporeum erat, ea perpeſſus, quae ipsi naturaliter adiunguntur; ut ostenderet, se reapse verèque gestare carnem; & secundum litteras sacras hominem esse factum. Sanctus autem Athanasius, libro aduersus Apollinarem; propterea dicebat Dominus, animam suam nunc pertubari: & hoc nunc significat, quando ipse voluit; id tamen quod erat, indicatur.]

S. Augustinus splendide in hanc rem & copiose describit q. 80. ex 83. vocatque inanem & ineptam calumniam, argumentationem quorundam haeticorum, qui affectiones animae abrogabant Christo, praeterea iniicienda ei necessitatis: quod S. Augustinus refellit exemplo corporearum perpeſſionum in quibus versamur. Eas quippe Christus & verè excepit, & aliquate-

non necessariis, tamen simpliciter liberis, quia impedire & praevenire eas potuisset, si libuisset.

3. Pulcherrime item Thomas Patriarcha Hierosolymitanus Epistola ad Armenos, quae quod à Theodoro Abdicara Arabicè expressa sit, est apud eum opusculum 4. [Hæc humana (inquit) sicut dictum est prius, æterni filio, qui est Christus, acciderunt post carnem assumptam; mors scilicet, & alia, quæcumque in Evangelij scripta sunt. Sed nequaquam existimandum est, quodquam horum necessariò omnino sustinuisse, sed voluntariè, nisi quod quando volebat, hæc pati accideret illi modo naturali quæ nobis accidit: ne existimaretur Incarnatio eius, fictio; & vt sententia contra diabolum pronunciata, iustificaretur à quo hæc Incarnatione genus humanum redemit. Vnam autem speciem eorum, quæ humana acciderunt ei, declarabo, vt quod dictum est, confirmem. Sic famem, loquamur de fame. Quando voluit æternus filius elurire, sinebat carnem suam excipere vim aeris vt aer illa exprimeret, quæ per superficiem carnis sunt in poris cutis. Deinde pars carnis propinquo aëri, ex membris attrahebat, quibus appropriat pars, ex qua aer hauritur: & illa membra extraherebat ex vacuis receptaculis, quibus semper suppeditatur ex conveniente alimento digestio, quæ ex venis ipsorum membrorum ab hepate educitur, & aut ex hepate; hepar verò ex duabus venis, quæ ex homacho oriuntur; Hæc duo venæ traherebat ex homacho. Stomachus igitur exinanitus, requirit vt excoleis suppeditetur alimentum. Hoc modo, fractus æterni filio accidit famem. Voluntate enim libera, non necessitate naturali, elurijt. Cuius rei, evidens argumentum est, quod cum quadraginta diebus, & noctibus ieiunasset, postea elatijt. Si enim aer potestatem in carnem eius habuisset, vt in carnem cuiusque nostrum, non vnum diem, vel duos, vel tres transgessisset, quousque eluriret sicut factum in eo esse videmus: sed quando volebat permittebat naturæ, vt quæ erant eius, operaretur & ostenderet.]

39. Tandem Sophronius in epistola Synodica sæpè allegata, ita habet. [Fatigatus sedebat, & somni indigus dormiebat: Sed & dum caderetur, dolebat, & reuerteretur patiebatur, & dolores sustinuit corporis, manus & pedes transfixus. Dabat itaque cum volebat, humanæ naturæ tempus operari, & pati quæ sua sunt, ne forte phantasia quadam & visio inanis nominabilis, eius indicetur incarnatio. Neque enim inuoluntariè hæc, vel necessitate suscipiebat, vel si naturaliter ea & humanè admitteret, & humanis motionibus obediens atque operabatur. Absit hæc opinabilis suspitio Deus nempe erat, qui hæc pati carnaliter acquiescebat, vt nos proprijs passionibus saluaret, & per hæc nobis immunitatem impartiret, quando pati, agereque & operari humanis, idem ipse volebat, & confidentibus, prodesse decebat: propter quos & homo veteriter factus, naturales motus atque carnales. Motus naturaliter ad operandum volebat. Dum insidiatores insidias audacter delectabantur perficere. Corpus enim se passibile, & mortale, atque corruptibile induit, & naturalibus nostris atque irreprehensibilibus subiiciens ægemonijs: & huic quæ naturæ suæ decemere conueniebant, pati atque parrare indulgit, vtque ad resurrectionem ex mortuis. Ibidem quippe & passibile nostrum, & mortale, atque corruptibile dissoluit, & horum nobis libertatem donauit. Quæque igitur humilia atque humana sunt, ita sponte simul & naturaliter, manens etiam in his Deus, demonstrabat. Erat namque ipse sibi, *passibilis*, ac reconditor passionum humanarum, & actionum; & non solum reconditor, sed & arbiter; Quamquam naturâ passibilis erat quæ naturaliter incarnatus erat, & ideo erant humana eius ultra hominem hand quidem, quod natura humana non fuerat, sed quia sponte factus est homo, &

homo sponte factus, hæc recipiebat: & non tyrannicè vel necessitate, vt nos plerumque & inuoluntariè, sed quando & quantum consulebat, & permitteret ipse, tam eos qui afflictiones ingerebant, quamque ipsas passiones quæ secundum naturas agebantur, adnuebat.] Vides distinctionem à nobis positam, Patribus quoque placuisse.

Corpus Christi viatoris, corruptibile, sed citra actuale corruptionem.

40. Iam quod attinet ad corruptibilitatem corporis Christi viatoris, his aliquando de ea fuit, quia Gaianitæ siue Aphartodotitæ, incorruptibilitatem concesserunt Christo viatori. [Gaianitæ, (inquit Anastasius cap. 23. id est, cum præmississet eos cum Severianis vnicam in Christo naturam admittere) sentiunt corpus Christi corruptionis expers & diuinum esse, ab initio vnionis, vnamque dumtaxat proprietatem nimirum diuinam, & impassibilem in eo reperiri noueritis autem, eos non posse vllum ex probatis Patribus producere, qui doceat Christum omni modo, ab ipso vnionis momento fuisse immortalem, sed ex proprio cerebro & ex suorum magistrorum institutione hæc talia fingunt, suffragantes ex Patrum commentarijs testimonia quadam, & orationum quasi frustra.] Andream Monachum Romanum ex S. Gregorio 9. Registri epist. 69. hoc errore laborantem, refellit latè Eusebius Thessalonicensis apud Photium Cod. 162. In eum errorem lapsus tandem est Iustinianus, præ Christi amore, vt Nicephorus Iustinianum purgatus lib. 17. cap. 29. & 31. parum sanè de delatante principe pronunciauit. Quasi verò sit amare Christum, fingere de eo falsa decora, & cum fide pugnantia. [Quod enim non de Christo dicitur, vt est, etiam honor videatur, iniuria est.] vt Cassianus egregie dixit l. 1. de Incarn. cap. 2. Negauit ergo Iustinianus, Christi corpus in via, corruptibile fuisse atque passibile.

Hoc Anastasius Synaita latè refellit cap. 23. id est, argumentans in primis, ex mysterio Eucharistiæ, quod adigit Gaianitam vt fateatur non esse corporis Christi figuram, sed esse verè corpus & sanguinem Christi. Quo supposito, petit vt corpus Christi aliquandiu asseruetur in pyxide cum omni reuerentia: & si intra paucos dies non corrumpatur aut immutetur, aut alteretur, planum ait fore, corpus Christi esse incorruptionis incapax, vt Gaianitæ asseriebant. Sin verò quod pro certo statuit Anastasius, breui corrumpatur, constare vult de corruptibilitate corporis Christi ante resurrectionem. Verum hæc argumentatio, non potest nobis esse vsui: quia corpus Christi in Eucharistia non corrumpitur ad specierum corruptionem, sed tantum desinit ibi esse; Idque non modò nunc contingit, Christi corpore iam potiente statu gloriæ, sed etiam verum fuit de Christi adhuc viatoris corpore, quod Apostoli in cæna postrema participauerunt. Neque enim corruptis speciebus nunc exhibitis, corruptum est quod sub eis latebat corpus Christi.

41. Quare argumentandum potius est, ex eo quod quia pueri participauerunt carni & sanguini, & Christus similiter participauit ipsæ. Atqui pueri, carni & sanguini corruptibili participant: Ergo & Christus participauit ipsam: quæ est postea argumentatio Anastasij, quam confirmat verbis illis S. Athanasij: [Corruptibile erat corpus, quia Maria erat creata, hoc est quia erat ex eadem cum nostris massa, & hic in via vt esset locus copiosæ redemptioni, non potiebatur gloria, quam post resurrectionem est consecutum.] Delitasset enim Origenes latè reiectus a S. Bernardo sermone de verbis eius, si quod verba in speciem sonant, Christum corpus

corpore beatum in lectulo nostro quassisset, hoc est in passibilitate nostra quam esse verè lectum hic nostrum, dixerat ante Bernardum S. Ambrosius in Psalm. 46. ad illud *super lectum doloris eius*. In via autem, corpus Christi in eo lecto quari poterat, et quare corruptibile. Et quamvis post resurrectionem, corpus Christi iam incorruptibile, sit nobiscum eiusdem naturæ; tamen ut Leontius l. de sectis actio. 10. hoc argumentum confirmans bene reposuit, non habet eam incorruptibilitatem ex communi nobiscum naturæ, sed ex gratia: alioqui quomodo mortuum fuisset? Ex multis Patribus id confirmat idem Leontius, in calce lib. 2. Contra Nestorium & Eutychem.

Sed fecernenda diligenter est corruptio à corruptibilitate. Nā corruptionem quidē, per resolutionē in putredinē, Christi corpus non vidit, ut Piatres prænuñciarunt: Id enim dedecebat sanctum Dominum. Subijte tamen corruptibilitatem, & corruptionis præludia. Id est corpus Christi inchoavit, corruptum est, excipiendo alterationes per quas deduci de facto potuisset ad totalem corruptionem, si fuissent continuatæ, nec obstitisset divina virtus. Quæ distinctio optimè ab Anastasio traditur c. illo 23. & à Fulgentio Epistola mutila ad Rheginum de hoc argumento; ac breviter sed bene Leontius actione illa 10. his verbis de argumēto Gaianitarum. [Sciendū verò proferri ab eis quædā Patrum autoritates, quæ incorruptibile Christi corpus dicunt: Sicut & Cynillum allegant, his verbis: *nihil corruptibile suscepit caro sermonis*.] Sed quoties huiusmodi autoritates proferunt, considerandum venit, æquiuocum esse corruptionis vocabulum. Nam corruptio dicitur, plena dissolutio corporis in elementa, ex quibus compositum fuit: itidemque corruptionem vocamus adfectiones siue passiones illas humanas, ut esurire, sitire, quæque sunt eiusdem generis alia. Quom ergo Patrum aliquis dixerit, Christi corpus non sustinuisse corruptionem hoc nimirum dixit, non proflus fuisse dissolutum. Quod sanè verum esse, ex contrariis eorum dictis patet. Pluribus enim in locis, ante resurrectionem, ipsam corruptibile tradunt: post resurrectionem verò incorruptibile.]

Quatenus incorruptibilitas, Christo viatori, à quibusdam Patribus tributa.

42. Ad aliorum verò quorundam Patrum loca quædam, quibus Christi incorruptibilitas tradi videtur, probè intelligenda, adhibenda est alia distinctio corruptionis, in prænalem & voluntariam, ut loquitur supra S. Fulgentius cap. 3. Eandem in hunc finem proponit supra Anastasius, & bene etiam cap. 2. eiusdem operis, verbis illis. [Accipitur corruptio dupliciter in divinis litteris, corporaliter & spiritualiter: ut illic; *Vidit Dominus, & ecce omnis terra corrupta erat peccato*. Alibi de hominibus; *corrupti & abominabiles facti sunt in iniquitatibus & studiis suis*. Cæterum quando audis à Doctore, corpus Christi ante crucem fuisse incorruptibile; accipere id debes de incorruptione à peccato; hac enim corruptione, non erat corruptibile, quippe immaculatum prorsus & illibatum: non autem id intelligendum est, quasi corpus Christi quoad mortalitatem, alienum quid & peregrinum à nostris corporibus habuerit. Incorruptibile enim propriè est, id quod passionis, materiæ, omnique contractus expertus est. Incorruptibile est quod ab alia substantia ladi non potest. Incorruptibile est quod nihil quoquo modo perdit, quod nullius eger, quod lauciari nequit. At sacrosanctum Christi corpus, & passionem subiit, & transfixum est clavis, & Lanceæ sanguine & aqua inde manante, & ex viuo, exors vitæ redditum est.] Omnia Apharctodocitarum argumenta, proponit & late evertit Leontius Byzantinus lib. 2. contra Nestorium & Eutych. toto.

Non fuit in horum hæreticorum sententia, Philippus Abbas epist. 5. quatenus affirmat, fuisse in corpore Christi, ob suam sanctissimam protectionem de Spiritu sancto, fortitudinem quandam & firmitatem, ratione cuius abhorreretur à natura dolendi; nisi ad bonum nostrum voluisset derogari suæ illi prærogativæ, qua non minus potiri debebat quàm in statu innocentie, in quo natura eius ab iniurijs & dolore abhorruisset, vi firmitatis supernaturaliter concedendæ humano corpori, ut discretissimè exponit epist. 7. Hæc inquam affirmans Philippus, non subscribit Apharctodocitis; quia faceret eam prærogativam corporis non præteriti communi origine ex Adamo, non fuisse de facti in Christi corpore ob cessionem sui iuris, à Christo consentaneæ ad divinum decretum factam, ut pati posset in bonum nostrum. Tantum igitur voluit Philippus asserere, quod Ioannes & Hunsaldus in Epistolis ad eum, & contra eum, non perpexerunt, Christum si tui illi suo non renunciasset, sed voluisset habere corpus quale Adam innocens habebat; nihil fuisse passurum: nec tantum passiones fuisse illi voluntarias, quia de facto habebat, & potestatem divinam, & humanam divinæ subiectam, capacem auerendi vel præveniendi quæcumque iniurias corporales ac perfections, sed etiam quia potuisset habere corpus cui competere eadem quæ Adamo innocenti prærogativa: quamvis ei prærogativæ sibi debita, vitio celsitæ quæ remotæ causa incorruptibilitatis, aptitudinaliter & secundum debitum conveniens corpori Christi, etiam si de facto illud non afficiat.

Breviculus capituli, & usus doctrina.

43. Summam doctrinæ totius capituli: hæc panca exhibebunt. Christi Domini corpus, quia sic ferebat finis Incarnationis, nullis Humanorum corporum reprehensibilibus defectibus, ut deformitati & mortis subiaceret: sed ijs tantum nostratibus defectibus quæ reprehensione vacabant, & absque indecentia assimi poterant, fuit obnoxium, ex necessitate naturæ ad Christi nutum impedibili per potentiam superiorem, quæ ad bonum nostrum, defectus illos petrad arcuit, nec corporis Christi passibilitatem aut corruptibilitatem excludit.

Ulus doctrinæ esse debet, recordatio gratiæ fidei solis nostri. Sic enim malè affici & præludij corruptionis subiaccere oportuit corpus Christi, ut auerterentur mala nobis merito impendenda. Sortitum itaque veritatem in Christo est, fabulæ Saracenicæ commentum, quod recitat Melchior Flavius l. de regno Christi cap. 29. Narrat hic Autor, expugnante S. Ludovico Francorum Rege, Pelusium, repertum esse volumen, quo scrij tum continebatur, tum desitum imperium Turcarum, cum contingeret deijci Mahometi sepulchram. Pancis verò ante annis quàm ea sciberet Flavius, contigisse ait, ut vibrato celitus fulmine, sepulchrum impurissimi illius nebulonis deijceretur, & infames teretissimi Sycophantæ exuunt, detruderentur in abyssum. Vnde cum Arabes, capessendi Christianissimi consilia inirent, cohibiti sunt arte Poppe cuiusdam Saraceni, qui commentus est obvecrare sibi fuisse per noctem, simulachrum Mahometis, constantis, cum Deus totam illam regionem evertere statuisset, exortasse se, ut iustus Dei furor in solum suum corpus effunderetur. Quæ in toto hoc commentum narratur, verissimè in Christo sunt gesta. Hinc ergo immenso planèque indissolubili gratitudinis debito, obstringi Christo hominem; ita ut vel si pro Christo tradiderit corpus suum ita ut ardeat, non sit par futurus contractus nominibus, optimè omnino eruit S. Bernardus serm. de quadrupl. debito. [Nonne (inquit,) si conferrent in me, omnes vitæ filiorum Adam, & omnes dies seculi, & labores omnium hominum qui fuerunt,

